



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 60. Noailii Cardinalis severitas contra Jesuitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

Rex præfatus die quarta Julii An. 1653. Sæc. XVIII. A. C. 1716.
 ejusmodi declaratione Innocentii X. Bullam contra quinque Jansenii propositiones promulgari & observari mandavit. III. Quod nullum rescriptum Apostolicum usque ad decimum quartum sæculum in Regno fuerit prohibitum, sed omnes literæ & rescripta Pontificia in Galliis usque ad dissensionem inter Bonifacium VIII. & Philippum Pulchrum exortam libere fuerint executioni data, & primum præfatus Rex *Expeditiones, literas, Processus, & Scripturas* (nunquam tamen Bullas dogmaticas) in Regnum invehit inhibuerit: Hæ rationes apud Serenissimum Regni Regentem tantum valere, ut Pontificem jure commotum placaturus, Concilium Episcoporum, de quo Parisiis celebrando agebatur, præpediret, non sine maximo summi Pontificis gaudio.

§. LX.

Noaillii Cardinalis severitas contra Jesuitas.

Haud ignorabat Cardinalis Noaillius, Dorsann. Journal. pag. 238. Kettel. Dec. VI. pag. 819.
 quod Jesuitæ tam Romæ quam in Galliis Constitutionis causam, & Episcoporum Acceptantium Zelum ore & calamo firmarent, Papam contra re-
 Y 2 fracta-

Sæc. XVIII. fractarios concitarent, variisque scilicet
 A. C. 1716. ptis Noaillii, ceterorumque Opponentium
 confilia & Quesnelistarum artes diluere, atque evertere niterentur, inde
 ergo tumultus & dissidia inter Episcopos acrius inflammari ratus, contra
 eos vindictam poenamque parabat: legitur die vigesima Novembris anni prioris
 omnibus Jesuitis facultatem Concessionum excipiendi, & Verbum Dei predicandi ademit, & duntaxat pro
 Jesuitis in Collegio S. Ludovici, & quatuor in eorum Collegio ac denique
 duobus in domo Novitiatus usque ad diem
 decimam quintam Augusti hujus anni præfatam facultatem prorogavit.
 Ea severitas non paucos Societati ad dictos plurimum afflixit, qui apud Noaillium
 pro eis deprecantium partes suscipiebant: Verum Cardinalis flecti non
 scius, his animo irato & percito reperit: *Jesuitæ in Ecclesia dissensionum ignem
 subjecere, ovesque contra Pastorem commoverunt, dissidia inter Episcopos fovendo
 & depravatæ doctrinæ aperti juere Patro.*
 Ut quis eorum odium incurrat, sufficit, ut
 eorum doctrinas impugnet. Id eis jam
 sexaginta abhinc annis crimini datum, &
 nunquam errores, qui eis imputantur, ju-
 cere abjecerunt, si ergo concionandi & con-
 fessiones excipiendi facultatem sibi concipi-
 petunt, prius ea animi alacritate, qua Ec-
 clesiam

clesiam prosciderunt, illam unire studeant, **Sæc. XVIII.**
 Parisiis amoveant Patres Doulcinum & **A.C. 1716.**
 Danielelem, aliosque, qui dissensionum faces
 in Societates & monasteria circumtulerunt,
 eodemque Zelo, quo contra Jansenismum,
 etiam contra depravatas suas doctrinas ex-
 ardescant, palamque declarent, quod in
 administrando Pœnitentiæ Sacramento præ-
 cepta D. Caroli Borromæi sequi vellent &c.
 Ut has conditiones adimplendi, & mala Ec-
 clesie illata reparandi tempus nanciscantur,
 Mensẽ Augustum tanquam inducias præ-
 stitui, ne, si secus faxint, omnes & singu-
 los a Sacro hoc ministerio amovere co-
 gar &c.

Cum ergo Jesuitæ Noaillio nondum
 satisfecissent, hic die decima septima
 Augusti Abbatem, quem a secretis
 habuit, ad præfata tria Collegia ab-
 legavit, ut eorum Superioribus signifi-
 caret, facultatis, quam hisce duode-
 cim Jesuitis Mense Novembri dedisset,
 expirasse, nec eam ultra prorogatum
 iri: Novum etiam molestiæ argumen-
 tum suppeditabant Noaillio Tolosanæ
 literæ, quibus PP. Prædicatores a Con-
 scientiæ Tribunali, cui præerat Noail-
 lius, foundationem a R. P. Cloche Do-
 minicanorum Magistro factam confir-
 mari petebant pro duobus ejusdem Or-
 dinis Professoribus, scilicet Theologiæ
 Scholasticæ & Theologiæ moralis. Hanc

*Lafiteau
 Hist. Const.
 pag. 253.*

Sæc. XVIII foundationem Noaillius confirmabat, &
A. C. 1716. Jesuitis, ex quibus duo Theologiam
 & unus Philosophiam, aliusque Me-
 thesin publice in hac Universitate pro-
 fitebantur, duas Cathedras adimebat,
 eis relicta duntaxat una pro Theologia
 & altera pro Facultate artium. Huius
 sententiæ sese opponebant nonnulli.
 Burdegalensis tamen Archiepiscopus
 opposuit, quod Jesuitæ sua potentia &
 auctoritate abusi, tres Regias Theolo-
 giæ Cathedras ferme ad nihilum re-
 degissent, eoquod Magistros ad docen-
 dum ineptos promoveri curarint, ut
 omnes juvenes ad suas Scholas per-
 traherent. Ea ratio apud eos, qui Je-
 suitis minus propensi erant, tantum ve-
 luit, ut in ipso Regio Senatu novem
 Senatores contra Jesuitas suffragia fer-
 rent, faventibus duntaxat quinque.
 Hæc plaga nimis luculenta videbatur,
 ut Jesuitæ eam taciti concoquere pos-
 sent: Remedium igitur quæsituri, to-
 tam vexationum seriem Bentivoglio
 Pontificis Nuntio queruli exponebant,
 qui etiam desuper literas ad Papam
 dedit.

§. LXI.

*Noaillii Cardinalis indignatio contra
 P. Ferté Jesuitam.*

Pro-